Liceēciati mā … hiſpaniaꝝ ac
nr̄i maris inſul … e uerboꝝ ſen
tentiaꝝq3 color … oductio felici
ter incipitur:q …

F erdinā … c nr̄i maris ī
ſulaꝝ i … Sepenumero
optaui … tis decus:ut
ſi q̄ndo michi a … e p̄ceptioneſ:
uariis quidē uo … niſſiās:eas p̄
ſertim q̄ exorn … luculētiorē
or̄om efficere po … :ē:q̊ ſuauita
tē oratoriā guſ … labor abeſſet
A quo quidē op … bat. Nolebā
ſane inuidoꝝ dē … aut falſariū
aut certe latini … us toto (ut a
iunt) pectore de … are audebo:
me nō tan mea … ſ incitatum
maxime p̄men … q3 pro uirilī
parte tentaſſe: … ate prodeſſe.
Nā cū oīs orna … ime prouenī
at: ꝙ uiros diſe … imitari non
poſſum9(infini … odi imitatio
reſperſa ē)hac … tate et facili
tate leuauero:ſ … ris mercedē
recepiſſe uidebo … rus:hoc me
potiſſimū cōſol … facere poſſē:
quiillud oratia … rope diſſētiē
uñr:poſcētes u … āta iuditioꝝ
uarietate:hoc e … ſtimabo: ſi
abs te diuino p … batū iri cog
nouero. Qd qui … andū putaui
Primū ut ex t … dis ei accede
ret:nequis mal … p̄ſidio et tu
tella fultū eēt. … q3 cōmodiſſi
me exercere po … totius hiſpa

Licēciati maçanares q̄ȝ appellāt ad ſereniſſimū hiſpaniaꝝ ac
nr̄i maris inſulaꝝ principē:de dicendi uenuſtate:de uerboꝝ ſen
tentiaꝝqȝ coloribus: de cōponendis epl̄is:noua introductio felici
ter incipitur:qui flores rhetorici inſcribūtur.

Ferdinādus maçanares Johāni hiſpaniaꝝ ac nr̄i maris ī
ſulaꝝ illuſtriſſimo Pricipi ſalutē.P.D. Sepenumero
optaui princeps illuſtriſſime unicū nobilitatis decus:ut
ſi q̄ndo michi adeſſet ociū:nonnullas artis rhetorice p̄ceptioneſ:
uariis quidē uoluminib9 diſperſas:cognitioēqȝ digniſſiās:eas p̄
ſertim q̄ exornatiorē.ſuauiorē.cōciniorem: deniqȝ luculētiorē
orōm efficere poſſent:in facilē q̄ndam modū reducerē:q̊ ſuauita
tē oratoriā guſtare uolentib9:longe īueſtigationis labor abeſſet
A quo quidē opere una me potiſſimū cauſa retrahebat.Nolebā
ſane inuidoꝝ dētibus me corrodendū exponere:qui aut falſariū
aut certe latinitatis corruptorē p̄dicarēt:meūqȝ opus toto (ut a
iunt) pectore deprauarēt.Qua in re hoc unū affirmare audebo:
me nō tan mea uolūtate: q̄ȝ deſiderio coīs utilitatis incitatum
maxime p̄mentib9 amicis:ad hoc opus deſcēdiſſe:atqȝ pro uirili
parte tentaſſe: ſi poſſē paruulis p̄ſertim in latinitate prodeſſe.
Nā cū oīs ornate loquēdi difficultas ex eo nob maxime proueni
at: ꝙ uiros diſertiſſimos et ī oratoria facūdiſſimoſ imitari non
poſſum9(infiniti eīm pene ſūt codiceſ quib9 huiuſmodi imitatio
reſperſa ē)hac quidē difficultate ſi ego ꝑuulos breuitate et facili
tate leuauero:ſatis propoſito meo feciſſe:meiqȝ laboris mercedē
recepiſſe uidebor.In qua re ſi non ſū oībus ſatiſfaturus:hoc me
potiſſimū cōſolabor: qđ nec michi unq̄ȝ ꝑſuaſi id ut facere poſſē:
qui illud oratianū meminiſſem: tres michi cōuiue prope diſſētire
vñr:poſcētes uario multū diuerſa palato.Sed in tāta iuditioꝝ
uarietate:hoc eximiū laboris mei fructū ac p̄miū exiſtimabo: ſi
abs te diuino principe et laudatiſſimo opus meū pꝛobatū iri cog
nouero.Qđ quidē opus nomini tuo ſplendidiſſiō dicandū putaui
Primū ut ex tua magnificētiſſima glīa aliquid laudis ei accede
ret:nequis maledicus ī illud latrare auderet:cū tuo p̄ſidio et tu
tella fultū eēt. Deinde ut hēres q̊ te latinis litteris q̄ȝ cōmodiſſi
me exercere poſſes.Nā et ſi nuꝑ accepiſti p̄ceptorē totius hiſpa

nie immo totius orb̄ ambitu eminētiſſimū qui oīa nouit: dabo
tn̄ opam ne labor meus oīo ſupuacu9 uideat᷑. Acceſſit p̄ter ea
ad hoc ꝙ auidiſſime cupiebā maieſtati tue ī aliq̄ re p̄ſertim ho
neſtiſſima obſequi et inſeruire. Poſtremo qꝛ (ut uerū fatear) ne
minē toto orbe terraꝝ inuenire poterā aut ingētiorem te: aut
oī laudis genere p̄ſtātiorē: cui labores mei cōſecrarētur. Quid
eīm michi optatius cedere potuiſſet: q̄ȝ tibi rem gratā efficere:
qui oīum principū qui fuerunt qui futuri ſunt: ac ſub ſole uer
ſātur: et dignitate ſis maximus et nobilitate primarius? Ta
ceo ꝙ parētes tui reges inuictiſſimi ꝑ multa iā in hāc uſqȝ diē
ſplendidiſſiāqȝ trophea ſuſcepunt aduerſus ſarracenos: qui nul
lo iuſto marte oīa moliebātur: oīa per latrocinia furtaqȝ uaſta
bāt. quib9 ad internitionē uſqȝ profligatis: multas quidē popu
loſiſſiās ac munitiſſimas urbes et oppida: maria cū ſui gloria
expugnarūt: ut iaȝ tota iſta barbara natio eos metuat: tota cō
tremiſcat. Neſcio quo pacto obdormierat iam excelſū illud et
inuictū xp̄ianoꝝ principū robur ac uirtus xp̄iana: q̄ per ſere
niſſimos parētes tuos: miro q̊dāmodo excitata eſt: ut iā in dies
magis atqȝ magis impiū ſuū immo poti9 tuū: relligionēqȝ xp̄i
anā: longe lateqȝ ī barbaras gētes et nationes promulgatū iri
neceſſe ſit. Nēpe nichil laudis ē ꝙ aſſequi nō poſſint: p̄ſertiȝ cū
hēant xp̄m ſecū ueluti propugnatorē ac uexilliferū. Tāta nan
qȝ eſt eoꝝ magnitudo: tātus nitor: tant9 deniqȝ glīe ſplēdor: ut
ꝉ ipoꝝ recordatione: oīs poſteritas miꝝ in moduȝ et nobilitata
et decorata ſit. Tu uero princeps obſeruandiſſime hac tanta pa
rētum gloria īflammat9: nō ſolū eoꝝ regnū mirifice dillatatū
ſuſcipies: ſed etiam ſummo et ſempiterno glorie ſplēdore: idip
ſum ſtabilies amplificabiſque. Mirum quippe eſt quantum de
tua animi magnitudine: inauditaqȝ potentia apud chriſtianos
omnes et ſpem et fiduciam concitaueris: ut ſpectent te breui ha
biturum extremum illud exoptatumque triumphum: quo uni
uerſa Thratia Helleſpontoqȝ ſuperato: egyptiis ſyriiſqȝ oppreſ
ſis: patefacias cunctis fidelibus ſanctam illam ciuitatem: ī qua
redemptoris noſtri ſepulchrum extat. Tu quaſi nouus aliquis a
lexander cum illuſtri perditiſſimorum hoſtium clade ac interni

rio:ad gandez uſque penetrabis: ut per te liceat cunctis impune
atqȝ ſecure uiſere locos omnes ac gentes:ad quas olim uox euan
gelica peruenerit. Itaqȝ diuina quadam prouidentia factum re
or:ut in tantis humanarum mentium tenebris:tu in lucem ue
neris:ad ſalutem et lucem chriſtianorum. Supernus quipe rex
omnium imperator et conditor deus:te unum elegit ex omnibꝰ
xp̄ianis principibus:qui barbaroꝝ et infidelium impetum ſuſti
nens:populum ſuum poſtratū ſubleuares ac tuereris.et īmaniſ
ſimos hoſtes audaciſſimos ac petulātiſſimos:auerteres:fugares
proſterneres:interimereſqȝ:ut in oēm poſteritatē nomē tuūȝ fe
liciſſimū redderes admirandū. Video ſiquidē te(ſi ueruȝ fateri
oportet)breui tēporis curriculo talē euaſurum:q̄lem diuinus il
le plato ciuitatibus rebuſue publicis:p̄eſſe uoluit. Nunq̄ȝ romā
ceſarem illū auguſtuȝ totius orbis terraꝝ dn̄m: et quidem man
ſuetiſſimū ac clemētiſſimū tm̄ dilexerunt tm̄qȝ uenerati ſūt:q̄n
tū omēs ad q̊s nomen tuū glīoſiſſimū p̄uenit:te amore ſigulari
diligūt:atqȝ īmortalibus laudibꝰ proſequūtur. Pretereo gn̄ero
ſitatē tuaȝ ac p̄clariſſiām pueritie indolem q̄ oīs in ſuū amorē
allicit et prouocat. Nā p̄ter nobilitatis magnitudinē q̄ ſāguine
et cognatione cōſtat:q̄ cuntis regibꝰ immo cūctis mortalibus ā
tecellis: tanta ē in te ingenii uis tantum intelligēdi acumen:ut
nichil tibi deſit eoꝝqȝ regalē magnificētiā rep̄ſentare ſolēt.quā
q̄ȝ eim ut auctor ē Cicero nichil tam oī ex p̄te perfectū natura
expolire ſoleat:quin hēat aliquid incōmodi qd̄ offendat: miro tn̄
modo omīa tibi inſūt q̄ ad humanā felicitatē ſpectāt.nā q̄ntum
animo uolutare poſſum:deus ip̄e qui oīa curat et prouidet:te pro
duxit perinde ac exp̄ſſum aliquid et ſoliduȝ uirtutis ac nobilita
tis exēplum:in quo antique generoſitatis imaginem omnes in
tueri poſſent:ut totiꝰ humanitatis ſplēdor ac decus eſſes. Sunt
qui magnum illum alexandrum macedonie regem: eo magis la
udandum cenſeant:quod alium neminem nec uiderint:nec audi
erint:nec legerint:quē cum illo aut animi magnitudine:aut ex
cellencie nitore compandum eſſe arbitrētur. Michi uero cogitā
ti et immortales tuas īauditaſqȝ uirtutes aīo uolutāti:nō ſolū
alexāder ille oīum litteris ac ſermonibus celebratꝰ plane exole

uit:ſed etiam omnis humani generis memoria: oīſqꝫ etas uide
tur indigna: q̄ cuꝫ tue p̄ſtantie laudibꝰ cōferatᵘʳ. Habes profecto
talem glīe ſplendorē: q̄lem fortaſſe nemo unq̄ꝫ habuit. ad q̄ꝫ qui
dē explicādum nec demoſthēs nec ciceronis facūda locacitas ſu
fficeret. His ego te tam p̄claris regalibuſqꝫ ornamētis cū te de
coratū aīaduertere: ſtatui profecto me totū opaqꝫ mea: tibi dedi
care. Dignꝰ nāqꝫ es pro tuis maxīs ſplēdidiſſimiſqꝫ uirtutibꝰ:
q̄ꝫ omēs laudent. q̄ꝫ nulla hominū facūdia: nulla ſapientuꝫ inge
nia conticeſcāt. Nec eīm inclyte Princeps nūc ita ago nec ita
amens ſū: ut exiſtimē hoc pexiguū opus cū tua maieſtate excel
lētiſſiā ulla expte cōferri poſſe. eſt eīm diſparitaſ prope infinita
Sed cū ſcirē te daturū opam latinis litteris atqꝫ ob eam cauſā
eximiū p̄ceptorē ſuſcepiſſe: ſuſpicatus ſū nichil tibi a me conue
nientiꝰ hoc tēpore offerri poſſe: q̄ꝫ hoc opuſculū q̄ntuluncūqꝫ ē:
ut habeat tua tenera etas q̊ ſe ī latinitate exerceat: dū aduleſcē
tie ānos ingreditᵘʳ. qd tēpus aptiſſimū erit: ut res magnas ac la
udatione dignas aſſeq̄ris. Nūc uero magnificētiſſime Prīceps
ne a propoſito paleſtre nr̄e longius q̄m equum ſit euagari uidea
mur: accipe cōmentationē hanc (ut oīa ſoles) grato aīo. et ſiquid
caſtigatione dignū forte inueneris: id corriges atqꝫ elimabis: cū
hēas p̄ceptorē a q̊ oīs expolitio elegātiaqꝫ fouetᵘʳ. Nēpe ſi tu cui
nr̄aꝝ uigiliaꝝ primicias obtuli: meā hāc dextro ſydere probaū ī
duſtriā: facile quidē calūniantiū inuidiā cōtēnendā putabo. Vi
debo quippe michi fortunatiſſimꝰ: ſi tibi diuino Prīcipi me cha
riſſimū ēē ſenſero. Sed uelim ſi tibi uidebituꝛ hoc meū opus aut
potius tuū: haud iniuria flores rhetoricos appellares. nā ut flo
ribꝰ natura productis herbe lignaqꝫ exornātur decorāturqꝫ: ut
inde frutꝰ ſuos proferre poſſint: ſic inſtitutioēs in hoc libello cō
pacte: orōni plurimū ornamēti afferre poterūt: ut ſuauitatē ex
ſe pariat nō mediocrē. Sed ne modū ep̄le exceſſiſſe uidear: fineꝫ
faciā: ſi excellētie: ſi maieſtati tue: q̄m eq̄ ac numē aliquod ī ter
ris collendā puto: me comendauero: meqꝫ eidē cum opere meo de
dicauero. Vale Prīceps florentiſſime: totius nobilitatis decus
Valeat maieſtas tua excellentiſſima: cui exopto uite et dignita
tis longas fieri acceſſiones. Iterum uale.

## Prohemium

Cum nichil in hominū uita honeſti9 ēē putandū ſit q̄ȝ ali
quid elaborare qđ et poſteritatis memoriā ſeruet:et pu
blicā utilitatē augeat:maxime curādum eſt:ut q̄tenus
negatur nobis diu uiuere: relinq̄mus aliquid quo nos perpetuo
uixiſſe teſtemur:ne uitā ueluti pecora ſub ſilentio tranſeamus.
ut Saluſtius aiebat.Proinde optima queqȝ et probatiſſima que
apud diuerſos et quidē eminentiſſimos latine lingue auctoreſ in
uenire potui:diligenter annotaui. Cogitabam nanqȝ ipſe mecū
id quod a Platone egregie ſcriptum eſt:laborandū eſſe homini:
ut non ſibi ſolū:ſed bonis omnibus: nō modo uiuis ac p̄ſentibus:
ſed uniuerſe quoqȝ poſteritati natus eſſe uideatur.Hec dum me
cum animo euoluerem: talis in menteȝ meam incidit cogitatio:
dicendi copiam longe lateqȝ patentem:anguſtiſſimis finibus ter
minarem. Cunque dicendi precepta innumeris pene codicibus
diffuſa ac diggeſta eſſēt:quodam quaſi nodo inextricabili alliga
ta:ut pre difficultate qui circa oratoriam intenderent pauci ad
modum reperirentur:ſic explicaui ut iuuenes clarius ipſa luce
ſermonis facundiam intueri poſſint In hoc autem opuſculo de
elegantia et ornatu dicendi: de uerborum ſentētiarumqȝ digni
tatibus quas colores appellant: de componēdis epiſtolis determi
nandum erit. quod quidem opus iuuenibus (nam ſenes deſperā
di ſunt) ſtatuendum putaui:et maxime paruulis:quibus lacte o
pus eſt non ſolido cibo:ut his preceptionibus tanquam lacte quo
dam coalerentur fouerenturqȝ.atque eo artificio confeci:ut ſpe
rem neminem fore uel rudi ingenio:qui mea opera et induſtria
(ſi modo paulum ſtudii exerciciiqȝ adhibere uoluerit)nō ſit plu
rimum profecturus.Primum quidem michi uideor:de elegātia
dicendi eſſe tractādum.deinde colores rhetoricos huic operi bre
ui inſeremus.Poſtremo de componendis epiſtolis erit diſſeren
dum.de quibus quidem dicere aggrediar: ſi pauca prius de inſti
tuti mei ratione dixero.Sepe multumque cogitaui ſumerem ne
hūc laborem quem nunc aggredior. a quo partim quidē exigue
mei ingenii uires me retrahebāt:partim animus ipſe diuturno
litterarum ſtudio exagitatus: tantum laborem recuſabat: par

tim etiam nolebam detractoribꝰ faſtidioſis cibum ingerere:quo
me grauiter infeſtarent. Fruſtra enim niti ut ait hieronymuſ:
nec aliud fatigando quam odium querere:extreme dementie eſſe
michi uidebatur. ſed quamuis michi ipſi pene diffiderem in hoc
ſcribendi genere noui aliquid excogitare poſſe:et mei ingenii ui
res non ſatis ſibi conſtare:ſed quodam modo claudicare uideren
tur:hoc tamen opus ut auderem: multe me cauſe compulerunt
Una ac primaria fuit communis utilitatis deſiderium: quo ni
chil ātiquius homini bene inſtituto eſſe debet: ne paruuli modis
loquendi ſeducti barbaris:a ueritate exciderēt:ac longitudinis
faſtidio ab oratoria declinarent. Altera eſt quod experiri uolue
rim quidnaꝫ egregium et laude dignū poſſem ipſe preſtare. Poſ
tremo uidebam oratoriam omnium fere bonarum artium nobi
liſſimā:abiectā ēē et repudiatā:conatꝰ ſū aliq̊d adiumentū ei a
fferre. His itaqꝫ me ad ſcribēdum incitantibus cauſis:lucubra
tiſſime faciendum michi putaui:ut librum hunc de floribuſ rhe
toricis componerem. Quanquam enim hac noſtra etate diſerti
ſſimi uiri ac in oratoria clariſſimi plurima de dicendi eleganti
a ſcriptitauerit:nimis tamē confuſa et implicita precepta tra
diderunt: ut facile colligi non poſſint a pueris preſertim:etiam
ſi apollo ſuum eis infūdat ingenium. Ego uero hos quos flores
apello rhetoricos longe lateqꝫ diffuſos:in unam compendiariam
commentationem colligere curaui:ut nec ambiguitatem pre cō
fuſione legentibus facerent:nec uerborum multitudine et uari
etate faſtidio eſſe poſſent. Nimia nanqꝫ uerboſitas inuiſa homi
nibus eſſe plerunque ſolet. parumqꝫ auditores oblectat. et ut pa
ucis multa comprehendam:ea oratorie precepta que iuuenes in
noſtra hiſpania propter ſui diſperſionem faſtidiebāt:nunc ſine
ullo diſpendio paruo cum labore aſſequi poterunt:niſi magna e
is negligentia obſtiterit. Que ſi aciderit (quod deus omen auer
tat) non mee induſtrie:ſed eorum ignauie et ſecordie erit aſcri
bendum. Sed me plura dicere uolentem impedit et exulcerat in
ternus dolor:lachrymariqꝫ cogit:.cum uideam nobiliſſimam et
pulcherrimam omnium artium dicendi facundiam hac tempeſ
tate apud noſtros contemptam atque neglectam eſſe. Cumque

omnes diſcipline in hac florentiſſima academia immo tota fere hiſpania ad faſtidium uſq; audiātur: ſola ars dicendi ſine honore ſine patrono in ſordibus ferme deſerta iacet. Quod quidem ī nobis etiam ipſis ſi animaduertere uoluerimus: liquido cognoſcemus inter quos uix reperitur: qui ſecūdum perfectum latinitatis uſum eloquatur. adeo ut uehementer pudendum ſit tā ſupine craſſeq; ruditatis noſtre. Nam ab infantia ita deprauati ſumus: ut oſſibus et neruis ipſa barbaries nobis ingenita ſit: et pene cum lacte nutricis eam ſuxiſſe uideamur. Tanta eſt profecto hodie lingue latine peruerſio: ut etiam confeſſa pleriſque uicia placeant. Quid eſt enim per deum immortalem in rebus humais oratoria melius? Quid optabilius? Quid p̄ſtantius? Quid libero homine dignius? Huius autem ſtudium qui uituperat: haud ſane intelligo quidnam ſit quod laudandum putet. Sine arte quippe dicendi: quale obſecro illud erit quod a philoſophie. theologie legumque profeſſoribus iis quos iuriſtas appellant explicabitur? Primū certe inuētio tarda: arida: atq; ieiuna: diſpoſitio perturbata inordinataque: pronunciatio uero cui demoſthenes efficaciam maximam tribuit: rudis: peregrina: barbara: deniq; et inſuauis uidebitur. Ex quo liquido deprehēdi poteſt: ut cum omnes homines rhetoricam tenere oporteat: tum maxime eos qui litteras profitētur. Quam ob rem illos certe inſanire credēdum eſt: magna uoce qui affirmare audent rhetoricam inanem eſſe: iactatione plenam. Hi profecto nimio ducūtur errore. Nāpe cū artem pulcherrimam ac difficillimam ſe cōſequi poſſe deſperent: probris et maledictis eam offendere conantur: ut ſuam ignorantiam quoquo modo poſſint: moderentur. ut merito illis adaptari poſſit: quod de uulpe fertur. nam cum uidiſſet aſellum teſticulos inguinibus appenſos geſtantem. iam iamque caſuros expectans ſiccis faucibus proſequebatur Tandem eluſa diutiꝰ abeat inquit (quādo quidem tetri ac deformes erāt) o ridiculos homines: et omnis doctrine imperitos. o Derelictos ab humanitate: quid dicere audent? aut excogitare poſſunt? animaduertāt hylarium ambroſium auguſtinum lactantium Baſilium gregorium chryſoſtomum in primiſq; hieronymum. Nunquid preci

oſas illas diuini eloquii gemmas auro eloquentie non ueſtierũt:
ita ut ex eoruꝫ lingua diſtillante melle dulcioꝛ oratio fluere uide
atur. Sed non defuturos arbitror qui hunc laborem meum qua
ſi leuem et oſtentationis cauſa ſuſceptũ impꝛobaturi ſint. Scio
enim me morſibus plurimorum offenſum iri qui ſtimulante in
uidia quod conſequi non ualent: deſpiciunt. Nam ſunt nonnulli
quibus oĩo odioſa ipa per ſe ac moleſta ẽ ueritas. Hi profecto op
tima queque et laudatione digna malunt contemnere: quam diſ
cere. et inuidia aut ſupercilio incitati: de turbulẽtiſſimo magis
riuo: quam nitidiſſimo fonte potare malunt. Alii uero ſiue ma
lignitate nature: (ſiue rerum ignorantia (que multa delicta pa
rit) omnia fere calumniantur. Hi nanqꝫ ea que alii ſequuntuꝛ:
eo ipſo inuadere conantur: atque publice lacerant que occulte le
gunt: quibusue non mediocriter iuuantuꝛ. Vtriqꝫ certe ſimiles
ſunt (ut ait Seneca) quibuſdam canibus quibus innatum eſt: ut
non pro ueritate: ſed pro conſuetudine latrent. Caueant hi mor
daces ne cum irrita tela in me iecerint: in eos ipſos longe acutio
ra retorqueãtur. Aduerſus quam inuidiam illud me potiſſimũ
conſolatur: quod Cicero ait. Nichil in uita pꝛeter culpam nobis
imputandum eſt: eaque cum careamus: omnia humana pacate
et moderate feramuſ. Doleant ergo hi maledici inuideant. rum
pantur calumnientur inſidientur nichil ueritatis refert. Ma
gis amicorum charitate ad ſtudium prouocabor: quam illorum
detractione et odio deterrebor. Pluriſqꝫ bonorum iuditium et
laudem faciendam putabo: quam quorumdam corrupti (ut ita
dicam) iecoris hominum morſus pertimeſcam. Nec enim nunc
ita ago: nec ita amens ſum: ut exiſtimẽ hoc tantulo opere: a uer
tice (ut aiunt) ad extremum uſque unguem: omnia me complec
ti poſſe nec enim michi omnia complectendi cupido unquam fu
it non equidem me continui ut Fabius maximus fecit. Nec tã
tiſper cunctandum cenſui: dum fetus utero paulatim creſcente
maturior ederetur. Sed prementibus ac ſtimulantibuſ amicis:
ſubito quodam ſpiritu et proximo calore incitatus: non perfec
tos partus: ſed abortiuos atqꝫ intempeſtiuos fetus emiſi. Ex ie
iuno enim agro atque inculto: uberrimus fructus non depromi

tur. Ea igitur que utiliora cognitu iucundiora affatu michi ui
ſa ſunt: in hoc opuſculo coadunaui. ut ſaltem iuueneſ aliquid ha
berent: quo tantum dicendi pelagus ingredi auderent. Qua ī re
ne nimia nouitate lectoris ſtudium fortaſſe deterrerem: eminē
tiſſimos oratores ſequutus ſum: eos quidem quibus magis fideꝫ
accommodare debeamus. In primisqꝫ Ciceronem noſtrum toti
us eloquentie principem: a quo fons pure et abſolute latinitatis
defluxit. Hunc ergo primum quantum humanum et meum po
terit preſtare ingenium imitandum inſtitui. Deinde ſaluſtium
laurentium. philelphum. alioſque complures: qui diſertiſſimi o
ratores habentur. Acceſſit etiam ad hoc prudentiſſimi ſimul ac
diſertiſſimi uiri conſilium Antonii nebriſſenſis digniſſimi pro
feſſoris: et quidem mei preceptoris. Si quid enim eſt in me facū
die (quod quidem exiguum eſſe cenſeo) ex uberrimo ſue eloquēti
e fonte me fateor exhauſiſſe. ad quem cum de animi mei propo
ſito rettuliſſem: deguſtationemqꝫ quandam huius operis demōſ
traſſem: id ipſum opus ut complerem hortatus ē. itaqꝫ ab eo pro
batum eſt non ſolum latini eloquii preſide: uerum etiam mode
ratore. Proinde magnopere hortor uos optimi aduleſcentes q̊s
patria euulſos: litterarum amor ī hanc urbem perduxit: ut om
ni animi ſtudio omniqꝫ uigilantia: huic libello incūbere curetis.
Nichil enim eſt michi credite quod uobis maiori decori et orna
mento eſſe poſſit. Nam ſi in his floribus uos exercitationi accō
modaueritis: ſpero uos et copioſos et ornatos fore. Frequens
enim uſus et aſſidua meditatio: tantas profecto uires habet: ut
mirificos vna quaque arte reddere poſſit artifices: atque per in
crementa magnum hominibus ſplēdorem afferre ſolet. Nichil
profecto ad excitanda ingenia alendaſqꝫ diſciplinas diligentia
et exercitatione accōmodatius inueniri pōt. Nō enim ipſi De
moſteni nec Ciceroni noſtro omnia nature aminicula affuerūt
ſola tamen diligentia hos perfecit. quanquaꝫ enim quedam uir
tutum ſemina nobis natura inſita ſunt: ea tamen doctrina et
frequentatione coaleſcunt effloreſcūtqꝫ. Precor itaqꝫ iuuenes
uehementiſſime cauſa mea uobis commendata ſit: eiuſque tute
llam benigne ſuſcipiatiſ: et quod iure defendi poterit: tueamini

In reliquis uero iudicetis: utrum magis uituperãdus fuerim: quod omnia aſſequi non potuerim (rete enim non omnes piſces ſuper quos iacitur comprehendit) an potius commendãdus: qui multis prodeſſe elaborauerim. Unde ſi gratum erga me animũ oſtenderitis: ſatis magnam mercedem me accepiſſe putabo. Satis ut michi cenſeo euagata eſt oratio mea uſque adeo ut lõgior prefatio libellum breuem (non aliter ac per grande caput exiguum corpꝰ) premere uideatur. Sed ſic loqui oportuit preſertim cum cauſam meam tueri uellem: meumqꝫ propoſitum omnibuſ notum facere. Nunc itaque nimium longa premialis oratio ſumatur: de re ipſa dicere aggrediamur.

Tria ſunt que ſecundum ordinem propoſitum ſum proſecuturus. De dicendi elegantia. De uerborum ſententiarumqꝫ dignitatibus. De componẽdis epiſtolis. Primũ quidem de ornatu ſermonis dicere incipiamus: ſi illud unum iuuenes admonuero: non omnes dicendi elegantias me in hoc opuſculo complecti uoluiſſe: quando quidem ſunt prope infinite: ſed eas tantum curaui: que et utiliores et ſuauiores michi uiſe ſunt Sepe enim alimenta que minus ſufficiunt: auidius ſumuntur. Primum quidem aduertendum eſt et tanquam fundamentum iaciendum: id quod Fabius quintilianus profitetur. Nec enim inquit artis rhetorice precepta ſunt ueluti quadam immutabili neceſſitate conſtatuta: ſed ut in picturis: ſic et in exornãda oratione: plurimuꝫ decoris ac uenuſtatis uarietas habet. Eſt enim (ut ait philoſophus) res omniũ dulciſſima. Hoc itaque iacto fundamento: ea que pro exornanda oratione ſcriptitauero (et ſi nõ ſemper) ut plurimum tamen ſeruanda ſunt. Rhetorice nãque artis precepta tantam uarietatẽ habent: ut nulla certa lege cõſtare uideantur. quin etiam multiphariam commutantur. Qua in re et imitationi attendendum eſt: et auribus conſulẽdum: dari enim alioquin certa regula non poteſt. Hoc igitur in primis orator inſignis animaduertere debet: ut uariis elegantiiſ ac coloribꝰ orationem exornet: ut auditores oblectet. Eadem quippe

exornatio ſemel iterum ac ſepius in orationis progreſſu ſi ſta
tuatur: auditorum animos quadam faſtidii ſacietate conficiet.
unde crebra eiuſdē uerbi aut ſententie repetitio fieri non debet
niſi magna forſam intermiſſio interceſerit. Et ſi neceſſitas ad
eandem rem explicandam nos continuo induxerit: id commuta
tis uerbis faciemus: ne dicendi copia carere uideamur. Ex quo
liquido deprehendi poteſt: diuerſis in locis partes in oratione lo
candas eſſe: pro ut acutiſſimus orator uiderit expedire. Magni
etenim refert quo in loco queq; dictio ſita ſit: ut oratio inconci
na uel peruenuſta uideatur: quod iuditio prudentis oratoris cō
ſiderandum relinquo. Cum igitur ut ad rem magis accedamꝰ
omnis oratio tribus ex partibus perfecta conſtet. ſuppoſito. ap
poſito. et uerbo. Qui oratorie artis floribus ſtudent: contra uul
gatam tritamq; grammaticorum conſuetudinem appoſitū pri
mum: deinde ſuppoſitum: poſtremo uerbū locare ſolent. Dicunt
igitur grammatici. Scipio aphricanus deleuit carthaginem. O
ratores autem conuerſo potius utuntur ordine. Carthaginem
Scipio aphricanus deleuit. Et ſiquidem pro grammaticorū mo
re poſt appoſitum fuerit id initio orationis ponendum eſt. Ipſi
enim dicunt. Scipio euertit numantiam urbem opulentiſſimā
hiſpanie. Elegantes autem uiri uice uerſa dicere conſueuerunt
Hiſpanie opulentiſſimam urbem numantiam Scipio euertit.
Non ignoras multa eſſe genera epłaꝝ: epłaꝝ genera multa eſſe
non ignoras.

Aduerbia queq; que ſunt ueluti uerborum adiectiua determi
natiuaq; iuxta uerbum ſi ſtatuātur: peruenuſtam reddunt ora
tionem. ut Hector preter ceteros fortiter et animoſe pugnauit
In re tua magnificentiſſime te habuiſti.

Inter adiectiuum et ſubſtantiuum aliquid ī medio collocan
dū eſt. Sancta ciuitatis iura precipiunt. Clariſſimis fulges uir
tutibus. Sed adiectiuum ſubſtantiuum plerunq; antecedere de
bet. ut tua ſciencie dignitas excelens catonis ingenium diuinū
ariſtotelis ingenium.

Prepoſitiones quidem ornatiſſime inter adiectiuū et ſubſtā
tiuum interſerende ſūt. ut pleriſq; ī locis Ariſtoteles ait. Pau

cis in domibus diuitie et honeſtas hĩtant. Raro magna cuȝ pul
chritudine caſtitas inuenitur.

Sedet quippe iure poſſeſſor ante poſſeſſionem. ut prudentis ho
minis conſilium. Platonis ſapientia.

Uniuerſale ſiquidem affirmatiuum uel negatiuum ſignum a
diſertiſſimis uiris in fine orationis plerũqȝ poni ſolet. Ut ſapi
entiorem te uidi neminē. Tuo erga me animo gratus eſt nichil.
Qui te ardentiꝰ amet: habes neminem. Qui recte diuitiis ac po
tentia uteretur: uidi nullum. Te chariorem nec iucũdiorem ha
beo quenquam. In tuo conſpectu conticuere omnes.

Si pro gerundis quidem utaris participiis in dus (ſi tamē par
ticipia appellanda ſunt) plurimum orationem cõdecorabis. Ut
ueni cauſa amande uirtutis: non amandi uirtutem. Uenio ſal
manticam aſſequende ſciencie gratia: uel ad ſcienciam michi cõ
parandam.

Illud autem annotatione dignum uidetur: ſi in dictionibus ſi
gnificantibus facilitatem: difficultatem: arduitatē: dulcedineȝ:
amaritudinē: uenerit ſenſus ultimi gerundii: tunc perpulchre
quidem ultimo ſupino erit utendum. Ut hec res eſt difficilis dic
tu. i. ad dicendum. Eſt facilis intellectu. i. ad intelligendum. hoc
eſt delectabile uel amarũ guſtu. i. ad guſtandũ et ſic de ceteris.

Cũ ꝑ uerba laudationē: uituparionem: leticiã: triſticiã: dolorē:
aliaſue animi diſpoſitiones importantia: loqui uelimꝰ: elegãter
utēdũ erit hoc uerbo afficio. is. et uerbali noīe: qđ ab huiuſmodi
uerƀ naſcat᷑. Ut afficio te laude. i. laudo te. Afficio te opprobrio
. i. uitupero te. Afficio te uulneribꝰ aut flagellis. i. uulnero ꝉ fla
gello te. Similiter et in paſſiua uoce. ut pecuniaꝝ inopia afficioꝛ
. i. egeo pecuniiſ. Afficior uerecũdia uel ſiti. i. uerecundor ꝉ ſitio.
Afficior gaudio. i. gaudeo. Afficior febribus. i. febricito. Unde ꝑ
ſpicuũ fit hoc uerbũ latiſſimã habere ſignificationē: ut uix eius
ſignificatio deꝑhendi poſſit. Sed uidetur eius ſignificatio affec
tionē q̄ndam ſiue diſpoſitionē inducere. Ut h̄ res afficit me dolo
re. i. inducit in me dolorem. Afficit me moleſtia. i. inducit in me
moleſtiam. Reperitur etiã abſolute hoc uerbum. Ut multa ſũt
q̃ afficiunt hominē: hoc eſt affectiones ſiue affectꝰ inducunt.

Hoc etiam memoratu dignum uidetur: cum aliquod augmen
tum per poſitiua nomina annotare uoluerimus: hanc prepoſiti
onem. per. eis adiungemus. Ut periucunde michi tue littere fue
runt. i. ualde iucunde. Pergrata eſt michi aut perſuauis cōuer
ſatio tua. i. ualde ſuauis. Si uero huiusmodi augmentum per cō
paratiua nomina ſignificare uoluerim9: hec duo aduerbia. mul
to. ꝟ. longe. eis inſeremus. Ut iuſticia ceteris uirtutibus multo
ſplendidior eſt ac preclarior. Theologia quidem omnibus ſcien
tiis humanis longe altior ac preſtabilior inuenit^a^. Si uero per
ſuperlatiua nomina: eadem aduerbia multo et longe adiungēda
ſunt: uel ſi magis placet. quam. aduerbium annectemus. Ut tu
es multo omnium fortunatiſſimus. Tu quidem longe omnium
quos meo tempore cognoui: moderatiſſimus es. Longe quidē om
nium quos michi audire contigit: preſtantiſſimus eſt domicius.
Quam optime quam pulcherrime quan̄qȝ diligentiſſime feciſti.
Sed magna cum diligentia animaduertendum eſt quod. per. ad
iungitur poſitiuo. quam. uero ſuperlatiuo. Ut perpulcrum. per
exiguū. q̄ȝ diligentiſſime. hoc intelligitur quotiens accipitur. q̄ȝ
pro ualde ſiue pro uehementer. At quam pro q̄ntum: nun̄qȝ cū
ſuꝑlatiuo: ſemꝑ cuȝ poſitiuo adiungi cōſueuit. Ut ſcis q̄ȝ fallax
h̄ uita fuerit: q̄mq̄ breues et exigue illi9 uoluptates. Hoc ē uerū
niſi interceſſerit uerbum poſſum. et que idem ſignificāt. queo et
ualeo. quia tūc ſuꝑlatiuo et nun̄qȝ cōpatiuo adiungitur. Ut ſcri
bas q̄ȝ optime poteris. nec recte quidē diceretur: ſcripſi q̄ȝ breui
us potui: ſȝ q̄ȝ breuiſſime potui. Unde male quidā ſcribūt quam
plura uerba tibi renunciaui. uel q̄m plura uolumina ille compo
ſuit dicendum eſt enim complura.
Hoc aūt ānotatu dignū ē cū uolum9 aliquid oſtēdere honeſtū:
iucundū fructuoſū: nociuū ēē: elegāter hoc uerbo. ſū. es. fui. uti
cōuenit: et q̄d poſt copulā ſequit^a^: datio collocandū eſt. Ut h̄ res ē
michi utilitati. Litere tue magno michi gaudio fuerūt: et nō ma
gnū gaudiū. et conſilium tuū magno michi et adiumēto et orna
mento fuit. qui loquendi modus a clariſſimis quidem oratorib9
plurimum uſurpatus inuenitur.
Id quoqȝ ſūmopere aīaduertendū uidetur: cum relatiuū ali

quod inter antecedens et conſequens medium tenet locum: ſi id
cōſequens nomen proprinm uel hominis uel rei cuiusquam fu
erit: tunc relatiuum conſequenti conuenire debet. ut Saluſtius
eſt locus in carcere: quod tullianum appellatur. Preclariſſimū
eſt ciceronis opus: qui cato maior appellatur. nam ſi dicatur qđ
cato maior uocitatur (quod quidam litterarum ignari dicēdum
eſſe arbitrantur) non latine profertur: ſed uicium pene grāma
tice artis eſſe putandum eſt. Unde illud Ualerii maximi libro
ſecundo ſingulare cenſendum eſt quod dicit: antea ſenatus aſ
ſiduam ſtationem eo loci pergebat: qui hodie cenaculum appel
latur. Sed unum exemplum lingue latine cōſuetudinem facere
non debet. Si uero conſequens nomen propriū non fuerit: tunc
relatiuum quidem cum antecedente uel conſequente ad nutum
adiungi poterit: quam rem facile exempla declarant. Intendo
ſtudio ſapientie que phīa dicitur. Ex illis ſempiternis ignibus
quos aut que ſydera nuncupatis.

Plerunque etiam apud uiros diſertiſſimoſ uſurpatum inueni
tur: ut relatiuum et antecedens eodē caſus exitu terminentur.
qua in re magna uenuſtatis ratio attendi ſolet. ut ſiquis dictu
rus eſſet. Liber in quo de uirtute agitur: preclarus eſt. ornatiuſ
dicet In quo libro de uirtute agitur preclarus eſt. Quas ad me
miſiſti litteras: periocunde fuerunt. Sermonem quem audiſtis:
non eſt meus. Lapidem quem reprobauerunt edificantes: hic fac
tus eſt in caput anguli. atque huius ſermonis crebrum apud ue
teres uſum poteris inuenire.

Cū duo ſiquidē nomina alterū ſubſtautiuū: alterū adiectiuū
eodē caſu proferuntur: adiectiuū ſane in neutrā terminationem
ī uim ſubſtantiām eſt transferendū. ſubſtantiuū uero genitiuo
elegāter collocatur. ut ſi multā uirtutē dicturus es. ſi multū uir
tutis dixeris: pulchrior et ſplēdidior erit orō. unde hēs multum
⁊ parum pecuniaꝝ dicendū eſt: nō multas pecuniaſ. hinc etiā dici
mus. quid rei quid cauſe te cōpulit: ut hoc ageres et dicitur mul
to pulchrius quam ſi que res que cauſa diceretur. Nōnulla etiā
aduerbia eandem vim habent: preſertim parum et ſatis. ut ha
beo parum ſciencie. i. prauam ſcienciam. et ſatis diuitiarum. i.

ſuficientes diuitias.

Cum et tum pro partim accepta: ſi ſibi inuicem in orationis ductu correſpondeant: plurimum eam cōdecorabunt. Ubi notā dum eſt quod ſemper cum precedit: et quiddam minus aut generale ei adiungi conſueuit: tum uero ſubſequitur cui adiungitur quod magis aut ſpeciale eſt. Ut tanti te facio ut pro tuo honore conſeruando retinendoqꝫ cum pecunias: tum etiam uitam libentiſſime profundam, tantum erga te amorem gero: ut cum pedibus: tum etiam manibus nitar tibi cui omnia debeo obſequi et inſeruire. et Cicero ad curionem. Graui teſte priuatꝰ ſum amoris erga te mei patre tuo uiro clariſſimo qui cū ſuis uirtutibꝰ: tum uero te filio omnium fortunas facile ſuperaſſet: ſi te antea uidiſſet quam uita decederet. Plerunque cum. per ſe acceptum ſine tum. non partim: ſed quando ſignificat. ut cum ad te uenio ſemper te ſcribentem inuenio. i. quando ad te uenio. Reperitur etiam tum. pro partim: aliquando quidem duplicatum: aliquando uero triplicatum: aliquando etiam multiplicatum: cum in rebus paribus ponitur. Ut tum ingenio tuo: tum eſtudio: tum diligentia: hec res completa eſt. Alexander tum urbanis in rebus: tum etiam in bellicis negotiis conſilio pollebat.

Hoc etiam annotatione digniſſimuꝫ eſt: quod ſi quem laudare aut uituperare uoluerimꝰ: id trifariam eleganter fieri poſſe reperiemus. id enim ratione cuius laudatio aut uituperatio debetur: aut genitiuo: aut ablatiuo: aut partim in nominatiuo: partim uero in ablatio collocandū eſt. ut Marcus cato Uir eſt magne uirtutiſ: ł magna uirtute: ł magnꝰ uirtute. Plato quidē philoſophus fuit p̄ſtantis ingenii: aut p̄ſtanti ingenio: aut preſtanſ ingenio.

Opus eſt michi hac re: ornatiſſime quidem ſignificat me hac re egere: aut uacuum eſſe. Sed id uariis caſibus nominatiuo genitiuo ablatiuo adiungi ſolet. ut opus eſt michi conſilium tuū. conſilii tui. aut conſilio tuo.

Id etiā ornatu non caret: ꝙ uerbū debet ſequi ultimū ſuppoſitum in perſona genere et numero. Ut ego illū de ſuo regno. ille

me de nr̃a re pu. pcõtat⁹ ē. Duo quippe ſuppoſita ſũt ego et ille: ſed uerbum ultimo ſuppoſito palam accommodatur: priori uero non niſi per ſubintellectionem. Si uero ordinem perſonarũ con uerteris: ſimul et perſonam uerbi mutaueris ſic. Ille me de noſ tra re pu. ego illum de ſuo regno percõtatus ſum. Mutabis quo que genus ſic. Ego illam de ſuo regno: illa me de noſtra re pu. p contata eſt. Mutabis etiam numerum ſic. Ego illos quidem de ſuo regno: illi uero me de noſtra re pu. percõtati ſunt. et Virgi lius Hic illius arma hic currus fuit. non autem fuerunt. et Te rentius in andria. Amantium ire reintegratio amoris eſt. Xe nophon delitie mee ſunt. Sed ab hac loquendi formula excipit^r: quotiens per comparationem aut ſimilitudinem loquimur: qua le eſt Melius ego hoc q̃m uos feciſſem non autem feciſſetis. Hoc ille ita prudenter ut ego feciſſet. non autẽ ut ego feciſſem. Simi liter adiectiuũ proximiori ſubſtantiuo cum multa ãteceſſerint: obſequi debet. ut Tauri mei et altilia mea occiſa ſunt.

Preferre. eſt ante ponere. ut pudica uirgo prefert commodo pu dorem. Qđ ſi inter pre. et ferre. me aut. te. aut. ſe. interponat^r: ſignificat quibuſdam ſignis aut indiciis aliquid oſtẽdere. Vt p̃ me fero magnã humilitatem. i. quibuſdam ſignis hoc eſt uerbo uel facto uel argumentis aliis oſtendo. uel ſignum quoddam et argumentum prebeo. Magne humilitatis pre te fers modeſtiã .i. quibuſdam ſignis et argumentis oſtendis in te eſſe modeſtiã.

Hoc etiam commendatione dignũ uidetur: quod hoc uerbum ſum. es. fui. cum aliquo ſuppoſito datiuo iunctum: pulcherrime ſignificat uelle et habere aut aliquid facere. atque uariis loquẽ di modis poteſt accommodari. Vt animus michi ē hoc facere. i. uolo hoc facere. Eſt michi tecum amicicia aut conuerſatio. i. ha beo tecum amiciciam uel conuerſationem. Eſt michi ſitis. i. ſiti o. Eſt michi fames. i. fameſco. Animus michi eſt ut te accuſem .i. uolo te accuſare.

Opereprecium eſſe cenſeo cõmemorare q̃ntam elegantiã habet uerbũ proſequor accuſatĩo iunctum. p̃ſertim ſi comitatu ablati ui non careat. Vt proſequor te oculis. i. uideo te. Proſeq̃r te mu

neribus.i.exhibeo tibi munera. Proſequor te charitate.i. amo te. Proſequor te odio.i. odio te habeo. Proſequor te accuſatio ne uel honore uel flagellis:hoc ē honoro te:uel accuſo uel flagello te.unde et latiſſimam ſignificationem et plurimum ſuauitatis habet.

Ad hoc magnopere aduertendum eſt:quod bene meritus ſum: pulcherrime meritus.aut optime meritus ſum: peruenuſte in oratione ponitur.et ſignificat beneficium contuli. Ut bene meritus ſum de te.i.beneficia magna in te collocaui.Optime meritus es de me.i.maxima beneficia ī me collocaſti. deus pulcherrime meritus ē de nobis.i.multis et maximis beneficiis nos exornauit.tu es pulcherrime merit9 de re pu. ſignificat tu pulcherrimis beneficiis ipſam rem pu.exornaſti.

Eque pro ita:atque uel ac pro ut uel ſicut:ornatiſſime in oratione collocantur.Ut eque amo te ac patrem meum.i.ita ſicut patrem meum. Eque laudo te atque ciceronem: ideſt ita ut ciceronem.

Illud ſane hoc loco pretermittēdum non eſt. quod perinde exigit poſt ſe ac ſi:uel atque ſi.et ſignificat quaſi:uel ita. Ut fac ꝑ inde ac ſi tua res eſſet.i.quaſi.Lege perinde ac uel atq; ſi preceptor adeſſet.i.ita uel quaſi. Sed quando negatio precedit: exigit etiam quam.Ut ſuetonius nulla re perinde motus quam reſpō ſo mathematici.

Secus pro aliter:ſiue precedat negatio ſiue non: poſt ſe habere poteſt.ac.uel.quam.Ut longe ſecus ac ego fecit. et lōge ſecus q̄; ego fecit.non ſecus ac ego fecit.non ſecus q̄; ego fecit.

Nonnunquam comparatiua nomina non comparatiue tenta: pro poſitiuis ponuntur. ut rogo te de tuis rebus omnib9 me q̄; diligentiſſime facias certiorem.i.certum.

Sed nec illud quidem negligendum eſt: quod tempora cōiunctiui pro tꝑoribus indicatiui ornatiſſime ponuntur. Ut uelim pro uolo.dixerim.pro dixi.fecero pro faciā. Sed ea q̄ per ſubiūctiuū uerbū mediāte hac cōiunctione.ꝙ.explicari ſolēt:multo elegātius ꝑ infinitiuū ſine.ꝙ.explicātur.Ut ſcio ꝙ tu legas.ornatius aut elegātius dicetur.ſcio te legere.Scio qd̄ tu ames me.i.ſcio te

me amare aut me amari abs te. Sed ne ſub ſilētio ꝑtereūdum ē
oratores futuro infinitiui modi plerunqꝫ ſolere. ut uelim te res
meas amatū ire. uelim q̃ abs te factū iri intelligo: oīo cōplexes.

Hoc aduerbium partim in oratioue geminatum ſi fuerit: plu
rimum ſane eam condecorabit. ut Cicero ī epiſtolis qui iſtinc ue
niunt: partim te ſuperbum eſſe dicunt ꝙ nichil reſpondeas: par
tim contumelioſum ꝙ male reſpondeas.

Hec dictio quiſqꝫ uſitatiſſime quidē: et ornatiſſime nominib9
ſuperlatiuis adiungi ſolet. Ut ſapientiſſimus quiſqꝫ prudentiſ
ſimus quiſqꝫ.

Sed animaduertendū eſt ꝙ uerbum teneo: pluribus dictionib9
adiungi ſolet et diuerſa ſignificare. ut ſomnus me tenet. i. cupio
dormire. ſitis me tenet. i. ſitio. febris me tenet. i. febricio. dolor
capitis me tenet. i. dolorem in capite patior.

Hec uerba ualeo. et polleo. clareo. et floreo. fulgeo. eluceo. ſplen
deo: pulcherrīa ſūt. et ablatīo iuncta: non parū latino ornatoqꝫ
cōferunt eloquio. ut. M. Cato tum auctoritate tū grauitate pol
lebat fulgebatqꝫ. Socrates multis ac preclariſſimis uirtutibus
ſplendebat.

Multū quippe ad latinum eloquium conferunt uerba freq̄nta
tiuā. deſideratiā. inchoatiā. meditatiā que Priſcianus appellat
ac multo magis orōm condecorāt: q̄ꝫ ea ex quibus naſcuntur. ut
ſapientū libros lectitaſti. Cicero multa librorꝫ uolumina ſcripti
tauit. omēs debemus ſciām capeſſere: ac pro ſcīa capeſſēda: mul
tos labores equo aīo perferre. in tuo cōſpectu oēs conticeſcūt. in
hac re nimio pauore contrimeſco aut ꝑtimeſco ſiue ꝑhorreſco. q̄
quidē uerba in eadē ſignificatione qua ſua primigenia ab orato
ribus plerunqꝫ accipi ſolent. et plurimum orōnis ſentētiam cō
plere et exaugere uidētur. Et hac etiam de cauſa dictiones com
poſite multo magis quam ſimplices orationem condecorabunt
ut deprecor te ornatius dicitur quam precor.

Plurimum etiam aduerſatio orationem exornat atqꝫ ab ora
toribus frequentiſſime uſurpatur. ea autem fiet: ſi aliqua harū
dictionum in oratione adiungatur. et ſi. tā et ſi. quanq̄ꝫ. q̄nuis.
et licet. que eiuſdem fere ſignificationis ſūt. Aliquid tamen diſ

criminis habent. nam prima duo in principiis orationum epiſtolarum librorum aptiſſime ponuntur. ſemperqꝫ indicatiuum ſibi aſciſcunt. alia uero duo raro in principiis iungi ſolent. magiſqꝫ ſubiunctiuum quam indicatiuum ſibi poſtulant. nonnunquam tamen indicatiuum petunt. quibus omnibus ſemper fere hec dictio. tamen. correſpondet. unde Cicero in oratione pro milone. Et ſi uereor iudices ne turpe ſit pro fortiſſimo uiro dicere: tamen et cetera. et in opere ad herennium. Et ſi negotiis familiaribus impediti uix ſatis ocium ſuppeditare poſſumus: tamē tua uoluntas commouit me et cetera. et in libro de officiis. Quāquam te. M. fili annum iam audiētē cratippum idque athenis abundare oportet preceptis inſtitutiſque philoſophie: tamē et c̄.

Plurimum. etiam. ut michi uidetur orationem locupletat: ſi hec ſibi inuicem in oratione correſpondeant. non ſolum. ſed etiā non modo: uerum etiam. non tantum. uerum quoqꝫ: pro etiam. ut hec res non ſolū michi grata eſt: ſed etiā iucūda. M. Antonius non tātū Ciceronis erat inimicus: uerum etiam hoſtis patrie. hoc nō ſapiētiſſimis ſolum: ſed etiā mediocriter eruditis. nec his tantū: uerum etiam toti uulgo manifeſtum eſſe conſtat.

Pro eo aūt quod ceteri exprimere cōſueuerunt his pronoībus. ego. tu. ille. addētes has adiectiones te uel met. Cicero hoc pronomine. ipſe. a. um. multo pulchrius facere cōſueuit. et illarū fere adiectionū locum obtinent. ut ego ipſe: magiſ q̄ꝫ ego met. tu ipſe potius q̄ꝫ tu te. ille ipſe. nos ipſi. uos ipſi. illi ipſi.

Aiaduerte ſi placet ꝙ bene mecū agitur: p̄clare tecuꝫ: aut mecū agitur. optime cū hoībus ageretur: ſi ſuo et paruo cōtenti eſſent: ornatiſſime quidē ſignificat nos in bona cōditione eſſe: et uice uerſa male aut peſſime mecum agitur: ſignificat me in mala conditione eſſe.

Caueo uerbum ſepe quidē et elegantiſſime ſignificat prouideo ut ita lege cautū eſt. i. prouiſſū. Si uero accuſatio iungatur: pro uito et fugio oratores uſurpare ſolent. ut ſtudioſi uiri turpes cauent mores. i. uitant.

Nō parū ut opinio mea fert ad exornādā orōnē cōfert ſcire: q̄ntā ī orōne hēat elegātiā. pro. p̄poſito. aliq̄ndo nāqꝫ pro. in. poni cō

ſueuit.ut Rex ſedet pro tribunali.i.in tribunali.pro ede caſtoriſ .i.in ede caſtoris.pro roſtris.i.ī roſtris. Aliq̄ndo uero pro.ſecun dū.poni cōſueuit.ut fac pro uirib9 tuis.i.ſecundū q̄d uires tue p̄ miſerint. pro collegio decretum eſt.i. ſecundum collegii utilita tem.dicam pro mei ingenii imbecillitate.i.ſecundum.

Plurimū uenuſtatis ut opinor latino ſermoni afferre poterit: ſi quis uelit oſtendere aliquam rem aliam antecellere:aut accu ſatiuo aliqua harum prepoſitionum.ſuper.preter.ultra.prepo ſita utetur:aut ablatiuo.pre.intercedente ſiue plus.ut Ceſar p̄ ter alios rebus bellicis pollebat. Ceſar uigore bellico preter cete ros pollebat.uel ultra omnes ſplendebat. Ego te pre ceteris dili go et amo.aut plus ceteris.

Sub. compoſita diminutionem occultationemq; quandam im portat. ut ſubiraſcor tibi.i. parum uel latenter contra te iraſ cor.Viſa epiſtola tua cepi ſubridere.

Morem gerere.per ornatum uerbum eſt: ſignificatq; compla cere:atque obſequi et inſeruire.unde illud Ciceroīs ad herenniū Vt tue retiſſime uoluntati morem geramus.i.cōplaceamus.ut morem tibi geram:quod rogas facere conabor. Et hinc dicitur morigerus.a.um.i.facile morem gerēs: hoc eſt obſequens et obe diens. Dicimus etiam morigeratus participium ex morigero: quod eſt morem gero: et ſignificat eum qui facilis eſt ad obſeq̄n dum. Moratus uero is dicendus eſt:qui bonis moribus eſt predi tus.

Notandum eſt huiuſmodi prepoſitiones.e.ex.abs.magnam ha bere elegantiam:ſi recte in oratione collocentur.plerunq; enim ponūtur.pro.a.uel.ab.ut audiui ex maioribus noſtris:pro a ma ioribus.accepi e patre meo.i.a patre meo.peto abs te.i.a te. Di cimus etiam hoc factum ē e re.pu.i.pro utilitate rei pu.hoc fit e re tua uel noſtra.i.ad utilitatem tuam uel noſtram.ex tua ac rei pu.dignitate facies.i.pro tua et rei pu.dignitate.nonnunq̄; etiam ex tempore aliquid dicere aut facere: ſignificat inconſul to et ſine meditatione aliquid dicere aut facere.hinc etiā oratio que domi premeditata non eſt:extemporalis dicitur.

Hoc autem memoratu dignum uidetur. conſequor:pro expri
mo pulcherimum eſſe et uſitatiſſimū.ut non poſſum uerbis con
ſequi.i.exprimere.commendationeſ tuas litteris minime conſe
qui poſſum.i.uerbis explicare.
Euado.pro fio tam pulchrum eſt quam uſitatum.ut Cicero E
uaſit eloquentiſſimus.i.factus eſt eloquentiſſimus. ueriſimile ē
probum ex probis naſci.et bene educatum in bonum uirum eua
ſiſſe.i.bonum uirum factum eſſe.ſi male uixeris: in malum pro
fecto uirum euades.
Plurimum nobis ad orationis decorem conferre uidetur: que
ſunt differentie atque uerborum diſcrimina intelligere.e quibꝰ
aliqua hic commemorantur:que ad conficiendas epiſtolas:pluri
mum conferre uidebatur.Inter eſſe et fore hoc intereſt:quod ēē
preſſentem: fore uero futuram habet ſignificationem. ut uideo
te ſapientem eſſe.ſpero te bonum uirum et ſapientem fore.i. fu
turum eſſe. Dicimus tamen ut auctor eſt Laurentius:forem fo
res foret et forent:pro eſſem eſſes eſſet eſſent.Item interſum in
teres interfui.ſignificat comitem eſſe.preſum uero:ſignificat a
liquem principem aut in aliquo negocio primarium eſſe. ut He
ctor non ſolum bello troiano interfuit:uerum etiam prefuit.
Apud Ciceronem preſepe dicitur et quidem ornatiſſime:gra
tulor tibi michi gaudeo.nam gaudemus nobis:et gratulamur a
micis.
Agere gratias:eſt uerbis. quod quidam barbare dicunt regra
tiari.habere gratias:eſt animo.cum quis memor accepti benefi
cii:habet inuicem gratificandi uoluntatem.Referre ſiue redere
gratias: eſt opere uel facto. ut ſi tu a me beneficio aliquo honeſ
tatus fueris:aut malo aliquo affectus:reciſſim michi aliquid bo
ni maliue retribuas: gratias rettuliſti reddidiſtiqꝫ. et refertur
ad malas ſicut ad bonas.ut Cicero in Saluſtium quod iſta inuſi
tata rabie in uxorem et filiam inuaſiſti: ſatis probe et perite fe
ciſti.non enim ſperaſti me mutuam tibi gratiam relaturū.De
beo uero gratias:eſt ubi aliqua obligationis uis cernitur.
Et ut uberior et ornatior noſtra red

datᵃ oratio: animaduerte quod prepoſitio que nomini uel caſui preponitur: pulcrius et uenuſtius uerbum per compoſitionem precedet. ut pulcrius dicitur adeo te: q̄z eo ad te. uis adire foruz: q̄z uis ire ad forum. alloquor te: q̄z loquor ad te. decedit uita: q̄m cedit de uita. antecedebat eos: q̄m cedebat ante eos.

Ex ſententia eleganter ſignificat pro deſiderio noſtro et ad uotum additurq̄z aliquando animi. et dicimus ex animi ſententia michi aut tibi euenit. et in animo michi eſt: ſignificat in animo habeo ſiue uolo atque conſtituo. ut Cicero In animo michi erat mittere ad dolobellā. At michi eſt cordi: ſignificat placet et delectat. ut Terentius in andria ſi tibi he nuptie cordi ſunt. i. placent.

Venuſtiſſime quidem dicitur oblecto me hac re. et hec res oblectat me. ut Oblectat Socratem uite integritas. Pythagoras uero ſeſe uirtute et doctrina oblectabat.

Abhoreo ab hac re ornatiſſime quidē ſignificat. i. alienus ſum ab hac re. exhorreo hanc rem. i. eam expaueſco.

Animaduerto hanc rem eleganter ſignificat. i. intueor eam et cōſidero. animaduerto in te. importat. i. punio te. et inde animaduerſio. i. punio.

Perpulchre quidem dicitur dono te munera aut munerib9: pro hoc quod eſt aliquid gratuito alicui preſtare aut beniuolētie aut commiſerationis gratia interdum uero premii gratia. ut Cicero pro archia. ſilla cum gallos et hiſpanos ciuitate donaſſet dicimus etiā dono tibi munus: cuius ſignificatio inprōtu ē.

Apud oratores et ſiquidem eminentiſſimos ſepenumero uſu uenit ut uerbum conſulo: pro hoc quod eſt prouideo accipiatur. ut ſaluti tue conſule. i. prouide. rogo te uite tue conſulas. i. prouideas. nōnunq̄z conſulo tibi: do tibi conſilium ſignificat.

Ab oratoribus ſiquidem elegantiſſimis uſurpatū inuenitur in dies: pro hoc quod eſt per ſingulos dies uel quotidie: et proprie cum quodam incremento. ut tua in dies accreſcit uirtus. In dies homines ſapiunt. ſtultorum hominum in dies inſania augmentatur. Sed in diem aliud quiddam ſignificare uidetur. hoc

eſt preſentis diei habere rationem.ut uolucres in diem uiuunt.
et panem in diem mercamur. Sed rarenter niſi cum hoc uerbo
uiuo iungi ſolet.

Nec illud quidē obticebo:ꝙ in uerbis tam actionez q̄z paſſionem
ſignificātibus:uarias quidē uocū inflexiones et exitus cōſidera
re nos oportet:et modo his:modo illis uti prout uiderimꝰ expedi
re.ut fuere pro fuerunt.amarunt pro amauerūt.uidere pro uide
rūt.norim pro nouerim.triūpharat pro triumphauerat.

Multifariam quidem numerandi ordo apud oratores accipi ſo
let.nam ultra uigenarium numeruz et citra centenariū: ſi duo
numeri nobis commemorandi ſint:eorū minor precedat:maior
uero ſequatur.ut hic eſt unuz et uiginti annos natus.duos et ui
ginti annos uiximus.quinqz et uiginti annorum etatem littera
rum ſtudio conſumpſi.ſex et quadraginta annis templum hoc e
dificatum eſt.Sed hoc eſt uerum:ſi hec copula.et.interponatur.
nam ea ſublata:ut quiſqz numerus maximus eſt:ita primo loco
poni aut collocari debet.ut tu es maior uiginti quinqz annis.nō
autem maior quinqz uiginti annis.Sed ſupra centū: naturalez
tritumqz ſeruamus ordinem.itaque maior numerus ante poni
tur:minor uero ſubſequitur.ut Cicero cuius magiſter leontinꝰ
gorgias Centum et ſemptem compleuit annos.nec unq̄m in ſuo
opere ceſauit et c̄.In millibus autem que a uiginti ad centum uſ
que trahuntur: eadem natura que in numeralibus circa centuz
obſeruatur. ut quinque et uiginti milia militum armatorū de
uicta et profligata ſunt.aut uiginti quinqz milia dicimus. Sed
ſi ultra procedamuſ:uulgatum ſeruabimuſ modum.ut a natali
chriſtiano anni fluxerūt mille q̄dringenti octoginta quinqz.

Hic certe loquendi modus quem nunc ſubiiciaz:ex oratorie fō
tibus fluxiſſe credendum eſt.quod duo uerba infinita ī oratione
in fine preſertim ſi ſtatuātur: plurimum afferent ornamenti
ut Cicero libro primo ad herennium. Reus dicet ſecum furti a
